

tie locum: sed breuem illam superioris vite fo-

A cum diuina gratia beneficio, adipisci liceat,

cordiam acerbissimis, usque sempiternis sup-
licis multari.
Fuit igitur Elcana, id est vixit: nam nos hic
existere, nihil aliud est, quam viuere. Viuere
autem quid sit, oculis ceruimus. quemadmo-
dum ergo viuentes corpore & anima constamus,
& illa corporis organa adiuta, suas
operationes exercet: edimus, potamus, somno
indulgemus, & quieti vicissim atque labori in-
cumbimus: & aliis quidem valeamus, aliis æ-
grotamus, nonnunquam tristitia deicimur, rur-
sum autem, læticia & hilaritate perfundimur,
ad eundem etiam modum ille se habuit: verum
his omnibus molestiis, & difficultatibus, post-
quam fuit, exolutus est. Cæterum talis ali-
quando fuit, vt scias, quem in exemplum tibi
Scriptura proponat, non dissimilem habi-
tum, aut alterius naturæ virum: sed qui eadem,
quæ reliqui omnes, vitæ munia obierit:
quo maior esse debet ad imitandum alacritas.
Nam si nobis Angeli cuiusquam virtus sectan-
da proponeretur, propriis viribus diffusi, iure
animos desponderemus. Nam qui ea, quæ
suas vires superent, libens suscipiat: At post-
quam eum sequi admonemur, cum quo reli-
qua paria habemus, cur eandem quoque vic-
toriam nobis non spondeamus.

hanc esse, seipsum nosse studeat, atque ita om-
nes animi motus ad virtutem componat, vt
non post mortem timere necesse sit: his enim
subiicit maximi momenti rationem.

Temporis æterni quoniam, non tenuis horæ,
Ambiguntur status: in quo sic mortalibus omnis
Ætas post mortem, quæ restat, cunq; manenda.

Lucretius
lib. 3.

Vir.] Hebraicè *Isa vir*, quod nomen apud
Hebræos, quemadmodum & vir apud Latinos,
sexum virilem à femineo distinguit. Nam mu-
lier Hebræis *Issa* dicitur. Sunt autem qui
velint eius nominis etymologiam ab *Isa* peti,
quod Hebræis esse significat, nec profusus
abhorret, si tamen in eius compositione nomi-
num heemanticorum legem obserues. Alio-
quin enim & vir illius imago est, qui se ens de-
nominauit. Verum eiusmodi mysteria dictio-
num, quæ nonnulli supra modum mirantur,
Rabbinorum æmulis perscrutanda relinquo.
Viri autem Latinum nomen non pauci ad vir-
tutis commendationem referunt, sed non po-
test esse perpetuum. Nam & Goliath in se-
quentibus eodem nomine, licet infamis ha-
bitus, designatur. Et Proverbiorum cap. 21.
Scriptura idem vocabulum frequenter vsur-
pans, impiis maledicit. Quinetiam Græca vox
αὐρ, quæ huius loco apud Græcos vt pluri-
mum substituitur, non vsque adeo in bonam
partem accipitur, vt nonnunquam non male
audiat. Notandum censuit S. Ildorus Pelu-
siota. Quid igitur dixerim, inquit, si audiant,
vir flagitiosus ingreditur vias non bonas? Quid
item cum dicitur, vir insipiens non intelliget?
quid denique cum illud rursus audierint, simi-
labitur viro insipienti? Nam si illic *vir*, non ho-
minem, sed fortem ac generoso animo prædi-
tum significat, quoniam pacto hoc loco flagi-
tiosus, & insipiens, & stultus dicitur est?] Ac-
cedit, quòd nec illa voce quidem vsi sunt Se-
ptuaginta interpretes, cum hunc locum expo-
nerent, sed ἀνδρας transulerunt, quod videtur
speciei nomen non sexus. Sic enim Clemens
Alexand. pædag. lib. 1. cap. 4. Viris, inquit, & Clemens
mulieribus commune nomen homo est, qua
ratione mihi quoque videtur Attici παῖδες
communiter non solum masculum, sed etiam
fæminam vocasse, si cui fide dignus videtur
Comicus Menander in Rapizomena, qui sic
dicit: filiola mea, admodum enim à natura
humanum est, ac benignum παῖδες.] Æschines
tamen ἀνδρας pro viro nonnunquam di-
xisse fertur: quo sensu hic quoque Septuagin-
ta accepisse dicendum est, tamen non caret
sua dignitate illa quoque nominis appella-
tio. Nam si Socrati in Cratylo credimus,
contemplatorem significat. Tale siquidem,
inquit, nomen homo adeptus est, vno ex-
cepto, grauiorique sine effecto. Cui Her-
mogenes, quomodo istud ais? Socrates. Ita

Nominis
Hebraici
etymos.

Reg. c. 17.
Viri nomen
apud Latini-
nos nonnun-
quam male
audiat, quæ
admodum Græ-
cè apud
Græcos.

S. Ildorus
Pelusi. lib. 3.
cap. 12.

Qua voce
vsusunt 70.
interp.
ἀνδρας
Alex. pæ-
dag. lib. 1.
c. 4.

Plato in
Cratylo.
ἀνδρας
Contemplan-
torem signi-
ficat, quod
homini ma-
ximè conueni-
t.

vita quid
sit.

Enostrogre-
ge nobis
exempla
proponitur,
ne qua ex-
cursatio fiat.

Fuit, hoc est,
tempus illi
præteritum &
temporalis
vita mole-
stias ab solu-
tas est.

Apocal. 10.

Psal. 80.
Tempus im-
piorum æter-
num manet.

Iob. c. 24.

En quomodo ille aliquando fuit, hoc est
vixit. At nunc non viuimus: sed post-
quam vitæ stadio deurso, ad metas perue-
nit, æternâ demum pace perfuitur. Quam
nobis idem, qui ad pugnam vocat, si vice-
rimus, cum palma & coronis repromittit.
Quod vitam citò experiri contingat, vt vl-
trâ non bibamus amplius, non edamus,
non pallis operiamur, non inani gaudio ge-
stiamus, non morore tabescamus, non vl-
tra nos rei familiaris cura exerceat, non pro-
fits, non coniugis fastidia conficiant, non æ-
tus torreat, non frigus adurat: sed omnis
profusus ægritudinis, atque doloris expertes,
parem cum angelis vitam ducamus, iungi qua-
dam atque incredibili voluptate delibuti. O
felicem illam vicissitudinem, cum de vno
quoque nostro, idem illud quod de Elca-
na, fuit prædicabitur, & affirmabitur tem-
pus esse præteritum, accessisse autem æter-
nitatem, quæ nullo deinceps tempore finiat-
ur. Angelus enim quidam supra modum
mirabilis, cuius vestimentum nubes, cuius
corona Iris, variis pietæ coloribus: cuius vul-
tus solem, crura ignem præ se ferebant, al-
tero pede mare, altero terram premens, per-
sanctè iurauit, *tempus ultra non esse futurum.*
At contra reproborum tempus, vt canit Da-
uid Psal. 80. *erit in secula*, nec vnquam æter-
nitate potentur, tamen eorum pœna nullum
finem habitura sit. *Transibunt enim*, inquit
Iob cap. 24. & quidem perpetuis vicibus,
ab aquis nivium ad calorem nivium. Nec vl-
timum illud fuit vnquam continget, quod est
sanctis, tempore præterito, æternæ beatita-
tis initium. Quam beatam immortalitatem,
cum non aliter, quam virtutis studio, vnâ
I.

D